

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

70 Probæ Falconiæ, vatis
CLARISSIMÆ A DIVO

*Hieronymo comprobatæ Centones,
de fidei nostræ mysterijs è Ma-
ronis carminibus excer-
ptum Opusculum.*



Πλιον ολει κ̄ βινου
Plus olei quàm vini.

PARISIIS
Apud Franciscum Stephanum.

1543.

2

HVB. SVSSANNÆVS SVES-
sio D. Guilielmo Mustellæ Canonico
Suession. & collegij Bellouaci
apud Parisios Gym-
nasiarchæ,
S.D.



Hodegarius à Quercu vir Rectorius,
amicus noster (Mustella suauissime)
Probæ Falconiæ Centonum exemplar,
quod egrè hic inueniretur, meo rogatu
Diuione adferendum manu scriptum curauit. Quod
cum menda maxima plurimæque contineret, utcumq;
potui, correxi, certè plus mille sustuli: potissimum Vin-
centio Gorchanto Britone, presbytero doctissimo &
optimo magnum studium multamque operam in eam
rem conferente. Non enim pœnituit totum Vergilium
diligenter euoluere, & singulos locos, vnde scemina li-
teratissima Cetonem consuisset, sagacissimè & optime
peruestigare, & non modo librorum, verumetiam ver-
sum numerum (quod est exactum Iupiter! & labo-
riosum) adnotare, & in margine quasi digito indicare.
Quam sanè ille officiosam prouinciam cum spontè de-
posceret, atq; adeo susciperet, vehemèter gauisus sum
me negotijs alioqui operosis implicatū hoc onere labo-
ris alienari. Caterum de suo cum multa permischerit
nostra Poëtria, aut ab alijs quàm Marone mutuata

sit, iudicib⁹ notulis vacare margines alicubi oportuit.
Cui verò maxime tam nobile poema, tam emendatè,
tam venustis characteribus excusum, ceu quodpiam
nouum opus vinctiparemus, occurrebat nemo nisi tu,
vt omnium bonarum artium amantissimus, ita talium
monimentorum obseruantissimus. Cui quidem certe
rei cum multis doctissimis viris testimonium locuples
impertire possum. Nunc autem quid sit Cento absoluit
Ausonius in Centone Nuptiali his verbis: Varijs de
locis sensibusque diuersis quædam carminis structura
solidatur in vnâ versum, vt coëant, aut cæsi duo, aut
vnus & sequens cum medio, nam duos iunctim locare
ineptum est, & tres vna serie, mere nugæ. Diffun-
ditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus
heroicus, conuenire vt possit, aut pentimemeris cum
reliquo anapestico, aut trochaice cum posteriore seg-
mento, aut septem semipedes cum Anapestico Chori-
co, aut post dactylum atque semipedem quicquid restat
hexametro. Simile vt dicas ludicro, quæd Græci *osa-
pôxiop* vocauerunt. Ossibula ea sunt, ad summam qua-
tuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim
æquilatera vel triquetra extētis lineis, aut reētis an-
gulis vel obliquis isoscele: ipsi vel *isopleura* vocant,
orthogonia quoque & scalena harum verticaliarum va-
rijs coagmentis simulantur species mille formarū. &c.
qui plura desiderat, è dolio (vt aiunt) hauriat. Vale.
Ex ædibus Simonis Colinaei, Aug. 17. anno D. 1543.

Probæ Falconiæ, Mulieris
 RIS CLARISSIMAE OPV-
 sculum è Virg. Maronis carminibus excer-
 ptum & concinnatum, ad explicatio-
 nem præcipuorum locorum ve-
 teris nouique testamenti,
 diligentissimè corre-
 ctum & reco-
 gnitum.

CAPVT PRIMVM.



Amdudum temerasse duces pia fœdera Ge. 1. v. 37.
 pacis,
 Regnandi miseros tenuit quos dira ex-
 pido:

Diuersasque neces regum crudelia bella:
 Cognatasque acies pollutas cæde parentum:
 Insignes clypeos, multoque ex hoste trophæa: Ge. 3. v. 32.
 Sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos:
 Innumeris toties viduatas ciuibus vrbes
 Confiteor scripsisse, sat est meminisse malorum.

Inuocatio Dei. Cap. II.

Nunc deus omnipotès, sacrum, precor, accipe carmè,
 A. iij.

Eternūque tui septemplex ora resolve
 Pnevmatīs, atque mei reſera penetralia cordis,
 Arcana vt poſſim natis Proba cuncta referre.
 Non nunc Ambroſium cura eſt mihi quærere nectar,
 Oc. 3. v. 10. Nec libet Amorio de vertice ducere Muſas.
 Non mihi ſaxa loqui vanus perſuadeat error,
 Laurigerosque ſequi tripodas, & inania vota,
 Ac. 2. v. 48. Iurgantesque Deas, procerum victosque Penates:
 Ad. 4. Nullus enim labor eſt, verbis extendere famam,
 Atque hominum ſtudijs parnam diſquirere laudem.

Tractandorum propositio.

Cap. III.

Caſtaliſo ſed fonte madens imitata beatos,
 Quæ ſitiens hauſi ſanctæ libamina pacti,
 Geor. l. v. 5. Hinc canere incipiam. præſens Deus erige mentem.
 Virgiliū ceciniffe loquar pia munera CHRISTI,
 æ. 11. v. 342. Rem nulli obſcuram repetens ab origine pandam,
 Ac. 4. v. 726. Si qua fides animo veri: ſed fuſa per artus
 eo. ver. 727. Mens agit molem, & toto ſe corpore miſcet
 eod. v. 731. Spiritus, & quantum non noxia corpora tardant,
 eod. v. 732. Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Deprecatio ad Deum.

Cap. IIII.

Ac. 10. v. 17. O Pater, ò hominum rerūque æterna poteſtas,
 Aen. 3. v. 89. Da facilem curſum, atque animis illabere noſtris:
 Ge. 2. v. 39. Tūque ades, inceptūque vnà decurre laborem,

Nate patris summi, vigor & celestis origo:	Ac. 8. v. 730
Quem primum colimus: meritòsque nouamus honores.	Ac. 8. v. 188
Iam noua progenies, omnis quem credidit ætas,	B. 4. v. 7. & Ac. 7. v. 480
Quæ sint, quæ fuerint, & quæ ventura trahantur,	Ge. 4. v. 370
Mosæum ante omnes totum cecinisse per orbem	
Iam pridem memini veterum monumenta virorum.	Ac. 8. v. 312
Munera vera cano, satis est potuisse videri	Buc. 6. v. 24
Omnia, vt ipse tener mundi concreuerit orbis.	Buc. 6. v. 34
Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas,	Ge. 2. v. 490
Vnde hominû pecudûmq; genus, vitæque volantum,	Ac. 6. v. 728
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus,	cod. v. 729.
Et si quid simul ignis habet, vel mobilis humor,	Ge. 1. v. 477
Haud aliter prima crescentis origine mundi	Ge. 2. v. 336.
Illuxisse dies, aliûm ve habuisse tenorem	eo. ver. 337.
Crediderim. maior rerum mihi nascitur ordo.	eo. v. 338. & Ac. 7. v. 44.
Siqua fidem tanto est operi latúra vetustas.	æ. 10. v. 788
Nanq; (fatebor enim) leuissimæ spectacula rerum	B. 1. v. 31. & Geor. 4. v. 3.
Semper equos atq; arma virûm pugnasque canebam,	
Et studio incassum volui exercere laborem.	
Omnia tentanti potior sententia visa est,	Ac. 4. v. 287
Pandere res alta terra, & caligine mersas.	Ac. 6. v. 267
Inque dies aliquid iam dandum inuadere magnum,	Ac. 9. v. 285
Mens agitur mihi, nec placida contenta quiete est.	cod. v. 186.
Ore fauete omnes, lætâsque aduertite mentes	Ac. 5. v. 71.
Matres atque viri, pueri innuptæque puellæ.	Ge. 4. v. 478 & eo. v. 478

De creatione mundi.

Cap. V.

A. iiii.

Ae. 6. v. 724 Principio Cælum ac terras camposque liquentes,

æod. v. 725. Lucentemque globum Lunæ, Solisque labores

Ge. 1. v. 354 Ipse pater statuit, vos o clarissima mundi

& eo. ver. 5

æod. v. 6. Lumina: labentem cælo qua ducitis annum.

Ae. 6. v. 730 Igneus est vobis vigor, & cælestis origo.

Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æther,

Sed nox atra polum bigis sub nocte tenebat,

Ae. 6. v. 578 Et chaos in præceps tantum tendebat ad umbras,

æod. v. 579. Quantum ad æthereum cæli suspectus Olympum.

De diuisione lucis à tenebris.

Caput VI.

Ae. 10. v. 98 Tunc Pater omnipotens rerum cui summa potestas,

Ae. 5. v. 839 Aëra dimouit tenebrosam, & dispulit umbras,

Ge. 1. v. 209 Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem.

Ae. 4. v. 514 Sidera cuncta notat, tacito labentia cælo,

Ae. 7. v. 251 Intentos voluens oculos, qua parte calores

Ge. 2. v. 271 Austrinos tulerat, qua terga obuerterit axi,

Ge. 1. v. 239. Obliquus qua se signorum verterit ordo.

De diuisione anni in quatuor partes, scilicet in hyemem, ver, æstatem, & autumnum.

Cap. VII.

Ae. 3. v. 517 Postquam cuncta videt cælo constare sereno

Ge. 1. v. 137 Omnipotens, stellis numeros & nomina fecit,

Eo. ver. 258 Temporibusque parem diuersis quatuor annum:

Ge. 1. v. 352. Aestisque, pluuiaque, & agentes frigora ventos.

Atque hæc ut certis possimus discere signis:
 Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt,
 Ac medio tostas æstu terit area fruges:
 Et varios ponit fœtus autumnus: & atra
 Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis,
 Atque in se sua per vestigia voluitur annus.
 Tempore iam ex illo fœcundis imbribus æther
 Magnus alit magna commixtus corpore fœtus.

Ge. 1. v. 377
 Ge. 1. v. 384
 Ge. 1. v. 388
 Ge. 1. v. 387
 Eod. v. 319.
 Eod. v. 408.
 Eod. v. 325.
 Eod. v. 327.

Opus primæ diei.

Cap. VIII.

Et iam prima novo spargebat lumine terras,
 Ducebátque diem stellis anrora fugatis,
 Tunc durare solum, & discludere Nerea ponto
 Incipit, & rerum paulatim sumere formas,
 Et varia pelagi facies: immania cete
 Aequora verrebant candidis, æstimq; secabant.
 Nec non & vasti circuibant æquora ponti
 Iam sole infuso, iam rebus luce relectis
 Exultans, rorémque simul dispergit amarum.

Ac. 4. v. 384
 Ac. 9. v. 448
 Ac. 3. v. 520
 Buc. 6. v. 32
 eod. v. 36.
 Ac. 5. v. 82.
 Ao. 8. v. 673
 Ge. 4. v. 430.
 Ao. 9. v. 450
 Ge. 4. v. 451

¶ Secundæ diei opus.

Cap. IX.

Postera idémque dies primo surgebat Eoo
 Fundit humus flores, & frondes explicat omnes,
 Sanguineisque inculta rubent aniaria baccis,
 Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.

Ao. 3. v. 387
 Ge. 2. v. 436
 Eo. ver. 499

¶ Diei tertiæ opus.

Cap. x.

- Ac. 3. v. 117** Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbram,
Ge. 2. v. 328 Auiæ tum resonant anibus virgulta canoris,
Ge. 1. v. 410 Et liquidas corni presso dant gutture voces.
Edic. 1. v. 38 Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

¶ Opus quarti diei.

Cap. xi.

- Ac. 6. v. 285** Quarto terra die: variarum monstra ferarum,
cod. v. 220. Omnigenumque pecus: nullo custode per herbam
Ac. 1. v. 111 Educit syluis: subito mirabile visu
Ge. 3. v. 248 Tunc demum monet arma leo: tunc pessima tigris
Ge. 4. v. 488 Squammosusque draco, & fulua cernice leæna,
Ac. 7. v. 17. Setigerique fues, atque in præsepibus vrsi
Ac. 7. v. 18. Senire, ac formæ magnorum ululare luporum.
Cætera pascuntur virides armenta per agros,
Ge. 2. v. 200 Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina desunt.

¶ Quintæ & sextæ dierum opera:

Cap. xii.

- Ac. 3. v. 355** Iamque dies alterque dies processit: & omne
Æ. 10. v. 467. Hoc virtutis opus diuinæ mentis & artis
Ac. 1. v. 155 Prospiciens genitor perfectis ordine rebus
Ac. 8. v. 254
& ver. 517. Expleri mentem nequit: ardescitque tuendo
Ge. 4. v. 328 Terrarum tractusque maris, cælumque profundum,
Ac. 8. v. 27. A lituum pecudumque genus: secumque volutat

Qui mare, qui terras omni dititione tenerent.
Nex segnes iaceant terræ, imat vsque morari.

Ac. 1. v. 238

Oc. 2. v. 376

De formatione primi hominis.

Cap. XIII.

Talia versanti subito sententia sedit,
Felicemque trahit limum, fingitque premeudo
Pingue solum: primis extemplo à mensibus anni.
Iamque improviso tanta pietatis imago
Processit noua forma viri pulcherrima rerum,
Os humerósque deo similis, cui mentem animúmque
Maior agit, nec non opera ad maiora remittit.

Ac. 9. v. 219

Ac. 6. v. 408

Ge. 2. v. 534

De formatione Euæ.

Cap. XIII.

Queritur hinc alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, sociúsque in regna vocari.
Haud mora continuo placidam per membra quietem
Dat inueni, & dulci declinant lumina somno.
Atque illi medio in spacio iam noctis opace,
Omnipotens genitor costas & viscera nudat.
Harum vnâ inueni, laterum compagibus actis,
Eripuit: subitoque oritur mirabile donum,
Argumentum ingens clara cum luce refulsit
Insignis facie: & pulchro cum pectore virgo
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Olli somnum ingens rupit pandor, ossaque & artus.

Ac. 5. v. 378

eod. v. 379.

Ac. 7. v. 264

Ge. 4. v. 548

Ac. 1. v. 689

Ac. 2. v. 610

Ac. 4. v. 185

Ac. 8. v. 657

E. 10. v. 665

Ac. 1. v. 210

Ac. 1. v. 122

Ac. 11. v. 78

Ac. 1. v. 88.

Ac. 7. v. 790

Ac. 2. v. 589

Ac. 3. v. 425

Ac. 7. v. 531

Ac. 4. v. 178

Ac. 7. v. 119

Coniugium vocat, & stupefactus numine pressit,
Ac. 7. v. 19. Excepitque manu, dextramque amplexus inhesit.

Benedictio Adæ & Euæ à domino.

Cap. xv.

Æ. 10. v. 100. His demum exactis, torquet qui sidera mundi
Eo. ver. 101. Iussit, eo dicente: premit placida equora pontus,
Ac. 3. v. 492. Et tremefacta solo est tellus: silet ardens ether.
Ae. 6. v. 639. Vinite felices, interque virentia culta
Æ. 7. v. 122. Fortunatarum nemorum, sedesque beatas.
Act. 4. v. 42. Hæc domus, hæc patria est, requies ea certa laborum.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Ge. 4. v. 208. Imperium sine fine dedi, multasque per annos
Bac. 4. v. 40. Non rastrum patietur humus, nec vinea falcem.
Ge. 4. v. 203. At genus immortale manet, nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

¶ Dominus prohibet ne comedant de
ligno scientiæ boni & mali,
alioqui morientur.

Cap. xvi.

Vos socij quæ dicam animis aduertite vestris,
Ac. 6. v. 282. In medio ramos annosaque brachia tendens:
Ge. 2. v. 81. Est in conspectu ramis felicibus arbor,
Ac. 7. v. 692. Quam neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro
Eod. v. 608. Religione sacra, nunquam concessa moueri:
Ac. 4. v. 698. Hac quicumque sacros decerpserit arbore fetus,

Morte luet merita, nec me sententia vertit.
 Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor
 Commaculare manus, liceat te voce moneri
 Fœmina, nullius te blanda suasio vincat,
 Si te digna manet diuini gloria ruris.

Ac. 1. v. 238
 Ge. 2. v. 315
 Buc. 3. v. 48
 Ge. 3. v. 216
 Oc. 1. v. 148

Ostenſio paradifi, & eius descriptio.

Cap. xvii.

Postquam cuncta Pater celi cui sidera parent
 Composuit, legesque dedit, camposque nitentes,
 Desuper ostentat tantarum gloriâ rerum:
 Ecce autem primi sub cardine Solis & ortus
 Deuenerè locos, vbi mollis amaracus illos
 Floribus & dulci aspirans completitur umbra.
 Hic ver purpureum, atque alienis mensibus æstas:
 Hic liquidi fontes, & celi tempore certo
 Dulcia mella premunt, hic candida populus antro
 Imminet, & lente texunt umbracula vites:
 Inuitant croceis halantes floribus orti
 Inter odoratam lauri nemus, ipsaque tellus
 Omnia liberius nullo poscente ferebat.
 Fortunati ambo, si mens non leua fuisset.
 Contingis infanda, docuit post exitus ingens.

Ac. 6. v. 878
 Eod. v. 677.
 Ac. 4. v. 233
 Ac. 4. v. 255
 Ac. 1. v. 344
 Eo. ver. 692
 Eo. ver. 693
 Buc. 9. v. 40
 Ge. 2. v. 149
 Ge. 2. v. 18.
 Eod. v. 100.
 Buc. 9. v. 41
 Eod. ver. 40
 Ge. 4. v. 209.
 Ac. 6. v. 658
 Ge. 1. v. 117
 Eo. ver. 128
 Buc. 1. v. 16
 Ge. 11. v. 267

Tentatio primorum parentum à Diabolo. Cap. xviii.

Tamque dies infanda aderat per florea ruris.

Ac. 1. v. 429

Ge. 1. v. 407 *Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis,*
 Ae. 5. v. 85. *Septem ingens gyros, septena volumina versat,*
 Ae. 3. v. 620 *Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli*
 Ae. 7. v. 67. *Obliqua inuidia ramo frondente pependit*
 Eo. ver. 351
 & eo. v. 325 *Vipeream inspirans animam, cui tristia bella*
 Eo. ver. 326 *Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.*
 Eo. ver. 327 *Odit & ipse pater, tot sese vertit in ora,*
 & eo. v. 328
 & II. v. 742 *Arrectisque horret squammis: & nequid inausum*
 Ae. 8. v. 205 *Aut intentatum sceleris ve doli ve relinquat,*
 Ae. 6. v. 387 *Sic prior aggreditur dictis, seque obtulit vltro*

Eua seducitur primò.

Cap. IX.

Eo. ver. 105
 & eo. v. 675 *Hic ait, ò virgo lucis habitamus opacis,*
 Eo. ver. 674 *Riparumque thoros, & prata recentia rinis*
 Eo. ver. 675 *Incolimus, quæ tanta animis ignavia venit?*
 Buc. 7. v. 14 *Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma:*
 Ge. 4. v. 1 *Pocula sunt liquidi fontes, caelestia dona*
 Ae. 2. v. 718 *Attrectare nefas. Id rebus defuit vnum.*
 Ae. 3. v. 32. *Quis prohibet causas penitus tentare latentes?*
 Ae. 8. v. 186 *Vana superstitio, rerum pars altera adempta est.*
 Conditio mea si non irrita dicta putares.
 Ae. 2. v. 157 *Author ero audendi, sacratæque solvere iuræ*
 Ae. 4. v. 123 *Tu coniunx, tibi fas animum tentare precando,*
 Buc. 8. v. 38 *Dux ego vester ero, tua sit mihi certa voluntas,*
 Ae. 3. v. 223 *Extrui mihi squæ thoros, dapibusque epulamur opimis.*

Comedit Eua de fructu li-

gni vetiti. Cap. x x.

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenetur
 Subjiciunt epulis oculi venerabile lignum,
 Inspiciuntque dapes, contactuque omnia fœdant.
 Præcipue insistit pesti denota futurae,
 Miraturque nonas frondes, & non sua poma:
 Causa mali tanti, summotenus attigit ore
 Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem.

Ac. 1. v. 148
 x. 12. v. 767
 Ac. 3. v. 226
 Ac. 1. v. 710
 Ge. 2. v. 82.
 Ac. 6. v. 93.
 Act. 7. 386.

Eua seducit virum ad esum pomi.

Cap. x x I.

Hæc misero coniunx aliena ex arbore germen
 Obijcit: atque animum subita dulcedine monit.
 Continuo nona lux oculis effulsit: At illi,

Ac. 2. v. 796
 Ac. 10. v. 88
 Ac. 9. v. 110

Vident se nudos, & faciunt sibi
 perizomata. Cap. x x II.

Terrentur visu subito, nec plura morati
 Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
 Consertum tegmen, nec spes opis vlla dabatur.
 At non hoc illis hominum rerumque repertor
 Observans oculis: cedes & facta tyranni
 Presensit, notumque furens quid femina possit,
 Continuo innadit: procul ô procul este profani
 Conclamat celum, ac terras qui numine firmat.

Ac. 7. v. 368
 ac. 7. v. 180
 Ac. 4. v. 300
 Ac. 6. v. 138
 Ac. 4. ver. 41
 Ac. 6. v. 258
 Ec. ver. 299

Et quærunt fugere, & se abscondere.

Cap. x x III.

- M. 10. v. 370 *Atque illi longè gradientem ac dira furentem*
 Eod. v. 371. *Vt videre metu, versi retròque ruentes*
 Ac. 5. v. 677 *Diffugiunt sylvas, & sic ubi concava furtim*
 Ac. 6. v. 761 *Saxa petunt, piget incepti, lucémque nec auras*
 Ac. 5. v. 678
 Ac. 4. v. 451 *Respiciunt, tædet cæli connexa tueri.*

¶ Increpat illos Dominus.

Cap. x x i i i i.

- Ac. 4. v. 777 *Nec longum in medio tempus cum creber ad auras*
 Eod. v. 710 *Visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram*
 M. 10. v. 446 *Talibus affatur dictis, atque increpat ultro:*
 Ac. 5. v. 465 *Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?*
 Eod. v. 670 *Quis furor ille nouus, quo nunc quo tenditis, inquit?*
 Ac. 4. v. 124 *Regnorum immemores, quæ mentem insania mutat?*
 Ge. 1. v. 37. *Dicite, quæ lucis miseris tam dira cupido?*
 Ac. 1. v. 137 *Maturate fugam, totoque absistite luco,*
 Ac. 3. v. 450 *Nec renocare gradum, si quando aduersa vocarint,*
 Ac. 6. v. 151 *Est licitum, flammis ambit torrentibus amnis*
 M. 10. v. 342 *& ver. 550.*
 Ac. 6. v. 551 *Per medium stridens, torquetque sonantia saxa,*
 Ac. 3. v. 573 *Attollitque globos flammaram, & sidera lambit.*

¶ Adam se excusat.

Cap. x x v.

- Ac. 6. v. 612 *Ille sub hæc: tua me genitor quoque tristis imago*
 Ac. 8. v. 334 *His posuere locis, merui, nec deprecor, inquit,*
 Ac. 3. v. 646 *Omnipotens: souitumque pedum, vocémq; tremisco*
 M. 12. v. 507 *Conscius audacis facti monitque sinister.*

<i>Fœmina fert tristes succos, tardùmque saporem.</i>	Ge. 2. v. 126.
<i>Ille dolos, dirùmque nefas sub pectore versans,</i>	Ac. 3. v. 363
<i>Infontem infando indicio moritura puella</i>	Ge. 4. v. 458
<i>Dum furit, incautum crudeli morte peremit:</i>	Ge. 4. v. 447
<i>Suasit enim, scis ipse, nec est te fallere cuiquam.</i>	Buc. 3. v. 41
<i>Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.</i>	Ac. 6. v. 206
<i>Contigimùsque manu quod non sua seminat arbos.</i>	

¶ Hic primo Deus maledicit serpenti.

Cap. XXVI.

<i>Tunc pater omnipotens solio se misit ab alto,</i>	Ac. 3. v. 422
<i>Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta,</i>	Ac. 10. v. 102
<i>Tuque prior scelere ante alios immanior omnes,</i>	Ac. 1. v. 346
<i>Quem nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,</i>	Ac. 5. v. 783
<i>Hortator scelerum coluber, mala gramina pasces</i>	Ac. 6. v. 539
<i>Desidia, latamque trabes inglorius aluum.</i>	Ge. 4. v. 94.
<i>Cede locis, nullis hominum cogentibus ipse</i>	Ge. 2. v. 100.
<i>Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis.</i>	cod. v. 180.

¶ Deinde infligit homini labores.

Cap. XXVII.

<i>At tibi pro scelere (exclamat) pro talibus ausis,</i>	Ac. 2. v. 534
<i>Omne enim ferro teritur, primis que per artem</i>	Ac. 9. v. 598
<i>(Heu miserande puer) terram insectabere rastris,</i>	Ac. 6. v. 829
<i>Et sonitu terre bis aues, horrebit in aruis</i>	Ge. 1. v. 155
<i>Carduus, & spinis surget paliurus acutis,</i>	Buc. 5. v. 39
<i>Lappaque, tribulique, & fallax herba veneni.</i>	Buc. 4. v. 24
	Ge. 1. v. 153

B. j.

Eod. v. 219. *At si triticeam in messem robustaque farræ*
 Eod. v. 220. *Exercebis humum, frustra expectabis acernum,*
 Eod. v. 158. *Concussa que famem in sylvis solabere quercus:*
 Ge. 3. v. 67. *Insper bis subeunt morbi, tristisque senectus.*

¶ *Postea reprehendit Euam, & indicit eis mortem.*

Cap. XXVIII.

Ge. 2. v. 78. *Et labor, & diræ rapit inclementia mortis:*
 z. 11. v. 158 *Hæc tibi semper erunt, tuque ô senissima coniunx,*
 Eod. v. 361. *Non ignara mali caput horum & causa malorum,*
 Ge. 4. v. 454
 Ac. 1. v. 136 *Magna lues commissa tibi: heu perditâ nescis,*
 Eod. v. 613. *Nec quæ circumstant te tanta pericula cernis.*
 Ac. 4. v. 547 *Nunc morere, vt merita es: tota quod mente petisti.*
 Ac. 9. v. 219 *Nec mea iam mutata loco, sententia cedit.*

¶ *Et flentes ambo fugantur de paradiso.*

Cap. XXIX.

Ac. 2. v. 558 *At lumen primum seæus circumstetit horror.*
 Ac. 7. v. 447 *Diriguere oculi, nec se celare tenebris*
 Ac. 6. v. 689 *Amplius, aut notas audire aut reddere voces.*
 Ac. 6. v. 177 *Haud mora festinant, rapidis iussique feruntur*
 Eod. v. 633 *Passibus, & pariter gressi per opaca viarum*
 Eo. ver. 634
 z. 5. v. 477 *Corripiunt spatium medium, limenque relinquunt*
 Ac. 6. v. 159 *Flentes, & paribus curis vestigia figunt.*
 Ac. 3. v. 447 *Tum victum in sylvis baccas, lapidosaque corna*
 Eod. v. 446 *Dant rami, & vulsis pascent radicibus herbe.*

¶ Nascuntur duo filij Euz.

Cap. x x x.

<i>Interea magnum Sol circumuoluitur annum,</i>	<i>Ac. 4. v. 160</i>
<i>Matri longa decem tulerant fastidia menses,</i>	<i>Buc. 4. v. 41</i>
<i>Vnde homines nati durum genus, inde per artem</i>	<i>Ge. 1. v. 63.</i>
<i>Haud herbæ campo apparent, aut arbore frondes:</i>	<i>Co. 2. v. 332.</i>
<i>Inque nonos soles audent se gramina tutò</i>	<i>Ge. 4. v. 552</i>
<i>Crederè que, & lentis vnam demittere ramis,</i>	<i>Ac. 2. v. 77.</i>
<i>Instituunt, vdoque dolent inolescere sulco.</i>	

¶ A Cain post altare occiditur Abel.

Cap. x x x I.

<i>Tunc gemini fratres adolent dum altaria tædis,</i>	<i>Ac. 7. v. 91.</i>
<i>Alter in alterius prælato inuidit honori</i>	<i>Ac. 9. v. 542</i>
<i>(Horresco referens) consanguinitate propinquum</i>	<i>Eod. ver. 86</i>
<i>Excipit incantum, patriasque obruncat ad aras,</i>	
<i>Sanguine fædantem quos ipse sacrauerat ignes.</i>	<i>Ac. 4. v. 200</i>

¶ Deinde cœperunt omnia mala in hominibus & animalibus propter auaritiam & inuidiam.

Cap. x x x I.

<i>Tunc genitor virus serpentibus addidit atris,</i>	<i>Co. 1. v. 129</i>
<i>Mellâque decussit folijs, ignemque remouit,</i>	<i>Eod. v. 132.</i>
<i>Prædarique lupos iussit, pontumque moueri,</i>	<i>Eod. v. 131.</i>
<i>Et passim riuis currentia vina repressit.</i>	<i>Eod. v. 132.</i>
<i>Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos</i>	<i>Co. 1. v. 130</i>
<i>Esset rubigo, & victum seges ægra negaret.</i>	

B. ij.

¶ Incipiunt animalia capi, & volatilia.
Cap. XXXIII.

- Ge. 1. v. 139. Tunc laqueis captare feras & fallere visco
Eod. v. 146. Inuentum, & duris vrigens in rebus egestas
Eod. v. 123. Monit agros, curis acuens mortalia corda:
Ac. 8. v. 325 Deterior donec paulatim ac decolor etas,
Ge. 2. v. 341 Ferrea progenies, durum caput extulit aruis,
Ac. 8. v. 326 Et belli rabies, & amor successit habendi.
Ge. 2. v. 474 Iustitia excedens terris vestigia fecit.
Nec longum in medio tempus, furor iraque mentem
Ge. 2. v. 510. Precipitant, gaudent persuso sanguine fratres.
Eo. ver. 507 Condit opes alius, de fossis que incubat auro.
E. 10. v. 819. Nec doluit miserans inopem, dextramque tetendit.

¶ Deus misit diluuium propter malitiam
hominum. Cap. XXXIII.

- Ac. 1. v. 126 Tunc pater omnipotens grauius commotus, ab alto
Ac. 9. v. 634 Aethere se mittit, tellurem effundit in vndas
a. 12. v. 214. Diluuium mittens, celumque in tartara soluit.
Ac. 3. v. 206 Sternit agros, sternit sata leta, bouumque labores
Ge. 1. v. 326 Diluit, implentur fossae, & caua flumina crescant,
Ge. 3. v. 480 Et genus omne neci pecudum dedit, atque ferarum.

¶ Et Noe seruetur cum tota sua familia.
Cap. XXXV.

- Ac. 4. v. 162 Tum pietate graui ac meritis (mirabile dictu)

*Qui fuit interris, & seruantiffimus equi,
Eripitur letho tantis surgentibus vndis.
Vt genus inde nouæ stirpis renocetur in orbem.*

Ac. 2. v. 428

Ac. 6. v. 339

¶ Populus Israel fugit à Pharaone in de-
sertum, & transit mare rubrum, & da-
tæ sunt leges Moisi.

Cap. XXXVI.

<i>Diluuiò ex illo patribus dat iura vocatis</i>	Ac. 5. v. 758
<i>Omnipotens, magnisque agitatur sub legibus eunus.</i>	Ge. 4. v. 154
<i>Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni,</i>	Ac. 8. v. 482
<i>Nesciâque humanis precibus mansuescere corda,</i>	Ge. 4. v. 470
<i>Aegyptum, virêsque orientis & vltima bella?</i>	Ac. 8. v. 686
<i>Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis,</i>	Geor. 4. v. 44
<i>Quo cursu deserta petiuerit & tribus & gens</i>	Buc. 6. v. 86
<i>Magna virum, tanti meriti non immemor vnquam.</i>	Ac. 9. v. 255
<i>Quique sacerdotes adsint altaria iuxta,</i>	Ac. 6. v. 661
<i>Quique pij vates pro libertate rubebant,</i>	Eod. v. 662
<i>Qui bello exciti reges, quæ littore rubro</i>	Ac. 8. v. 685
<i>Compleuit campos acies, quibus arserit armis</i>	Ac. 7. v. 643
<i>Rex genus egregium, magno inflâmante furore</i>	Ac. 4. v. 213
<i>Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.</i>	Ac. 8. v. 803
<i>Cetera facta patrum, pugnatâque in ordine bella</i>	Ac. 8. v. 628
<i>Prætereo, atque alijs post me memoranda relinquo.</i>	Ge. 4. v. 148

FINIS MYSTERIORVM
Veteris testamenti.

B. iij.

In hoc secundo tractatu
DE MYSTERIIS NOVI TE-
stamenti agetur, & primo de in-
carnatione filij dei per spiri-
tum sanctum. Cap. I.

- æ. 11. v. 400 Nunc ad te, & tua magne pater, consulta reuertor:
Ac. 7. v. 45. Maius opus moneo: vatuum prædicta priorum
Ac. 3. v. 38. Aggredior. quamuis angusti terminus cui
Geo. 3. v. 8. Accipiat, tentanda via est: qua me quoq; possim
Ge. 3. v. 47. 3. Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos.
Ac. 1. v. 249. Quod tua progenies cælo descendit ab alto,
Ac. 3. v. 199. Attulit hæc nobis aliquando optantibus atas
Eo. ver. 200. Auxilium aduentumq; dei: cum femina primam
Ac. 7. v. 64. Virginis os, habitumq; gerens (mirabile dictu)
Buc. 8. v. 45. Nec generis nostri puerum, nec sanguinis ædit.
Ac. 5. v. 324. Sed quia terrifico cecinerunt omine vates
Ac. 2. v. 555. Aduentare virum, populis terrisq; superbum,
Ac. 7. v. 238. Semine ab æthereo: qui viribus occupet orbem:
Ac. 1. v. 286. Imperium oceano, famam qui terminet astris.

¶ De natiuitate Iesu Christi.
Cap. II.

- Iamque aderat promissa dies, quo tempore primum
Ac. 2. v. 390. Extulit os sacrum diuine stirpis origo,
Missa sub imperio, ventique è corpore virtus
Ac. 2. v. 339. Mixta deo, subijt chari genitoris imago.

¶ De Magis offerentibus munera &
stella eorum duce.

Cap. III.

<i>Haud, mora continuo cœli regione serena</i>	Ac. 3. v. 527
<i>Stella facem ducens magna cum luce refulsit.</i>	Ac. 2. v. 589
<i>Agnouêre deum proceres, cunctique repente</i>	Ac. 9. v. 548
<i>Muneribus cumulant, & sanctum sydus adorant.</i>	Ac. 5. v. 530
<i>Tunc veri manifesta fides, clarumque paternæ</i>	Ac. 2. v. 273
<i>Nomen virtutisque & Christi agnoscere vultum</i>	Ac. 3. v. 548
<i>Flagrant, & quæ dent diuini signa decoris.</i>	

¶ Herodes rex turbatur audita na-
tiuitate Iesu Christi.

Cap. IIII.

<i>Protinus ad regem, magno clamore furentem</i>	Ac. 4. v. 548
<i>Fama volat, magnâque acuit rumoribus iras,</i>	Ac. 9. v. 493
<i>Incenditq; animum, matrisque allabitur aures.</i>	Eod. v. 493.
<i>Ille dolos, dirumque nefas ac inscia rerum</i>	
<i>Præsensit, motusque excepit prima futuros</i>	Ac. 4. v. 297
<i>Præscia venturi, furtim mandauit abendum</i>	Ac. 4. v. 86.
<i>Dum curæ ambigæ, dum mens exæstuat ira.</i>	Ac. 8. v. 579

¶ Herodes rex iubet occidi pueros.

Cap. V.

<i>At rex sollicitus, stirpem & genus omne futurum</i>	Ac. 7. v. 81.
<i>Præcipitare iubet, subiectisque vrere flammis,</i>	Ac. 4. v. 622
	Ac. 2. v. 37.
	B. liij.

Ac. 5. v. 34. Multa mouens mittitque viros qui certa reportent.
 Eod. v. 35. Haud secus ac iussi faciunt, rapidisque feruntur
 2. 11. v. 44⁸ Passibus, & magnis urbem terroribus implent.
 Ac. 6. v. 42⁶ Continuo audite voces, vagitus, & ingens,
 Eo. ver. 427 Infantumque animæ flentes, ante ora parentum
 Ac. 2. v. 214 Corpora natorum sternuntur limine primo.

¶ Maria mater domini aufugit cum
 filio in Aegyptum.

Cap. VI.

At mater gemitu non frustra exterrita tanto,
 Ac. 6. v. 37 Ipsa manu præ se portans turbante tumultu
 Ge. 3. v. 45⁵ Infantem, fugiens plena ad præsepia reddit.
 Ac. 8. v. 36⁵ Hic natum angusti subter fastigia tecti
 2. 11. v. 49² Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
 Buc. 4. v. 23 Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores,
 B. 4. v. 20. Mixtâq; ridenti passim cum baccare tellus
 Eod. ver. 19
 Eod. ver. 20 Molli paulatim colocasia fundet acantho.

¶ Christus disputat in templo in medio
 seniorum. Cap. VII.

Et iam finis erat perfecto temporis orbe.
 Ac. 6. v. 102 Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt,
 Ante annos animum gestans celestis origo.

¶ Omnes mirantur sapientiã Christi & se-
 quuntur eum. Cap. VIII.

Per medias vrbes graditur, populosq; propinquos:	Ac. 3. v. 501
Illum omnis teclis agrisque effusa inuentus	Ac. 6. v. 511
Attonitis inhians animis prospectat euntem,	Ac. 7. v. 812
Turbaque miratur matrum, quis spiritus illi,	Eod. v. 812.
Quis vultus vocisve sonus, vel gressus eunti est.	Eo. ver. 812
	Ac. 5. v. 649
	Eo. ver. 659

¶ Testimonium Ioannis de Iesu Christo.

Cap. IX.

Continuò vates (nanque hic certissimus author)	Ac. 7. v. 68.
Vt procul e gelido secretum flumine vidit,	Ac. 8. v. 609
Tempus (ait) deus ecce deus, cui maxima rerum	Ac. 9. v. 268
Verborumque fides: tu non eris alter ab illo	Eod. v. 269.
Fortunate puer, celi cui sydera parent.	Euc. 5. v. 49
Sic equidem ducebam animo, rebâque futurum:	Eod. v. 49.
Expectate venis: spes & solatia nostri.	Ac. 6. v. 690
	Ac. 8. v. 513

¶ Christus baptisatur à Ioanne & spiritus sanctus descendit de cælo.

Cap. X.

Hæc vbi dicta dedit flumio mersare salubri	Ge. 1. v. 272
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,	
Exultantque vada, & subito commota columba	Ac. 5. v. 213
Denolat, atque super caput astitit, inde repente	Ac. 4. v. 708
Rapit iter liquidum, celeres quoque commouet alas.	Ac. 5. v. 217

¶ Multi baptisati sunt cum Christo.

Cap. XI.

Ac. 6. v. 305. *Huc omnis turba ad ripas confusa ruebat,*
G. 1. v. 385. *Certatim largos humeris infundere rores.*

¶ *Vox de cælo audita est, hic est, &c.*
Cap. XII.

Ac. 2. v. 371 *Tum genitor natum dictis compellat amicis:*
Ac. 1. v. 662 *Nate, meæ vires, mea magna potentia solus,*
Æ. 10. v. 305 *Et prædulce decus, magnum rediture parenti,*
Buc. 8. v. 11 *A te principium, tibi desinit, accipe testor*
Ac. 7. v. 97.
Eod. v. 100. *O mea progenies, quæ Sol vtrumque recurrens*
Eod. v. 101. *Accipit Oceanum, perfecto lætus honore*
Eod. v. 100.
& ver. 101. *Omnia sub pedibus vertique regique videbis.*
Ac. 6. v. 351 *Tu regere imperio populos matrêsq; virôsq;e,*
Ac. 7. v. 493 *Iam pridem resides animos, desuetâque corda,*
Ge. 1. v. 47. *Ignarôsq;e viæ mecum miseratus inertes*
Eod. v. 42. *Aggredere, & votis iam nunc assuesce vocari.*
Ac. 3. v. 608 *Dixerat, ille patris magni parêre parabat*
Ac. 1. v. 503 *Imperijs, instans operi, regniq;e futuris.*
Ac. 6. v. 378 *Heu pietas, heu prisca fides, quas dicere grates*
Ge. 4. v. 178 *Incipiam ! si parua licet componere magnis.*
Ac. 2. v. 37 *Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,*
Buc. 1. v. 32 *Nec spes libertatis erat, nec cura salutis.*

Omnia rident de aduentu domini.
Cap. XIII.

Buc. 1. v. 44 *Hic mihi responsum primus dedit, ille petenti*
Ac. 6. v. 746 *Concretam exemit labem, purumq;e reliquit*

Aethereum sensum, mēque in mea regna remisit.
 Illum ego per flammās, agerem si Syrtibus exul,
 Per varios casus, per mille sequentia tela,
 Quo res cūque cadant vnum pro numine tanto
 Exequerer, struerēque suis altaria donis.
 Huius in aduentu tantarum munera laudum
 Ipsi leticia voces ad sydera iactant
 Intonsi montes, respondent omnia valles.

Ac. 4. v. 118
 Eod. v. 51.
 E. 10. v. 398
 Ac. 4. v. 110
 E. 12. v. 174

Ac. 8. v. 278
 Buc. 3. v. 44
 Eod. v. 65.

¶ Ductus est I E S V S à spiritu in-
 fertum, vt tentaretur à Diabolo.
 Cap. XIII.

Tempore non alio magnum & memorabile numen
 Serpentis furiale malum meminisse necesse est,
 Ausus quinetiam (fama est obscurior annis)
 Compellare virum, & veniendi pōscere causas.
 Huc vbi tendentem aduersum per gramina vidit,
 Substitit, infremuitque ferox, dominūque potentem
 Saucius at serpens affatnr voce superba:
 Vera ne te facies, verus mihi nuncius affers?
 Qui genus, vnde domo, qui nostra ad limina tendis?
 Fare age, quid venias: nam te dare iura loquuntur:
 Aut quis te iuuenem confidentissimē nostras
 Iussit adire domos, pacique imponere morem?
 Non equidem inuideo, miror magis, accipe porrò
 Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat:
 Est domus alta: voca Zephyros, & labere pennis

Ac. 4. v. 94.
 Ac. 7. v. 378
 Eod. v. 205.
 Ac. 6. v. 488
 Eo. ver. 684
 E. 10. v. 708

Ac. 7. v. 500
 Eod. v. 544
 Ac. 6. v. 388
 Ac. 6. v. 389
 Ge. 4. v. 448
 Eod. v. 446.
 Ac. 9. v. 189
 Eod. v. 190.
 Ac. 4. v. 243

Ac. 7. v. 19r
& 26. v. 15
Ardua tecta petens, ausus te credere caelo,
Si modo quem memoras pater est tibi, sidera parent.

¶ Christus Diabolum alloquitur.

Cap. XV.

Ac. 9. v. 739
Ac. 8. v. 626
Ac. 4. v. 305.
Olli subridens sedato pectore fatur,
Haud vatum ignarus, venturique inscius exit
Dissimulare etiam sperasti perfide serpens?
Nec dubites, iam vera vides, optataque pennis
Astra sequi, clausumque caua te condere terra.
Quo periture ruis, maioraque viribus andes?
Cede deo, toto proiectus corpore terra.

¶ Diabolus fugit audito Christo.

Cap. XVI.

Ac. 6. v. 408.
10. v. 347
11. v. 815
Nec plura his, ille admirans venerabile donum,
Fronte premit terram, & spumas agit ore cruento,
Contentusque fuga cecis se immiscuit umbris.

¶ Dominus Iesus elegit discipulos & multa turba sequitur eum.

Cap. XVII.

Ac. 3. v. 797
Interea magnas volitans it fama per vrbes,
Conuenere viri, mens omnibus vna sequendi
In quasunque velit pelago decurrere terras.
Multi praeterea (quos fama obscura recondit)
Concurrunt fremitu denso, stipantque frequentes,

Exultantq; animis, medium nam plurima turba Ac. 6. v. 607
 Hunc habet, atque animis extantem suspicit altis. Eod. v. 608

Iesus prædicat ad turbas de regno dei, de
 contemptu diuitiarū, & de pœnis inferni.

Cap. XVIII.

Quos vbi confertos audere in prælia vidit, Ge. 1. v. 312
 Incipit, & dictis diuinum inspirat amorem:
 Discite iustitiam moniti, & succurrite fessis, Ac. 6. v. 610
 Pro se quisque viri, cuiuscunque est copia læti, Ac. 5. v. 100
 Communemque vocate deum, meliora sequamur, Ac. 3. v. 198
 Quoque vocat vertamur iter, via prima salutis Ac. 6. v. 96
 Intemerata fides, & mens sibi conscia recti: Ac. 2. v. 602
 Vobis parta quies perfecto temporis orbe. Ac. 3. v. 494
 Nam qui dimitijs soli incumbere repertis, Ac. 6. v. 610
 Nec partem posuere suis, dum vita maneret, Eod. v. 608
 Pulsatus ve parens, & fraus innexa clienti, Eod. v. 609
 Tunc cum frigida mors anima secluserit artus, Ac. 4. v. 388
 Inclusi pœnam expectant, quæ maxima turba est: Ac. 6. v. 614
 Infernisque ciet tenebris, veterumq; malorum Eod. v. 730
 Supplicia expendunt, alijs sub gurgite vasto Eod. v. 740
 Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni. Eod. v. 742
 Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurgis Eod. v. 296
 Aestuat, atq; omnem Cœcyci eructat harenam. Ac. 6. v. 517
 Hinc exaudiri gemitus, & sœua sonare Eod. v. 558
 Verbera, tum stridor ferri, stridetq; cathenæ Eod. v. 558
 Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ, Ge. 1. v. 918

¶ Et prædicat ne colant idola.

Cap. XIX.

- Ac. 2. v. 711* Præterea quæ dicam, animis aduertite uestris.
Buc. 1. v. 75 Non ego vos posthac cæsis de more iuuentis
Ac. 8. v. 597 Religionem patrum, truncis & robore natas
Mortali ue manu effigies, nec templa deorum.
Audite, & repetens iterumque iterumque monebo.
Sed periisse semel satis est, natumque patrumque.
Ge. 1. v. 451. Profuerit meminisse magis, si credere dignum est.
Ge. 3. v. 284 Sed fugit interea, fugit irrenocabile tempus,
Eccl. 12. v. 150 Flammarumque dies, & vis inimica propinquat.
Ac. 5. v. 429 Attonitis hæserunt animis, nec plura moratus.

¶ Prædicat de iudicio venturo.

Cap. XX.

- Ac. 8. v. 268* Hic aliud maius miseris mortalibus ægris
Iudicium canit, & tristes denunciat iras,
Ac. 1. v. 22 Venturum excidium, & vasta conuulsa ruina.
Ac. 3. v. 413
Ge. 1. v. 455 Omnia tunc pariter rutilo immisceriet igni,
Ac. 9. v. 21 Palantesque polo stellas, cœlique ruinam.
Tunc verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinnat paupor, & taciti ventura videbant.

¶ Quidam rogauit dominum, quid faciendo vitam æternam possideret.

Cap. XXI.

- Ac. 3. v. 710* Hæc super aduentu cum dicta horrenda moneret,

Ora puer prima signans intonsa iuuenta,
 Dives opum, studijs florens & nobilis ortu,
 Quinque greges illi balantum, & bina redibant
 Armenta, & dapibus mensas onerabat opimis.
 Continuo palmas alacris utrasque tetendit,
 Et gemma amplectens sic ore affatus amico est:
 O deus, ò ^{me} merito pars maxima nostræ,
 Ad te confugio, & supplex tua numina posco:
 Omnia perfecti, atque animo mecum antè peregi:
 Eripe me his inuicte malis, quid denique restat?
 Quid ve sequens tantos possim sufferre labores?
 Accipe dàque fidem mihi iussa capessere fas est;

Ac. 9. v. 180

E. 10. v. 521

Ac. 3. v. 468

Ac. 1. v. 40

Ac. 6. v. 108

E. 13. v. 401

Ac. 8. v. 149

¶ Respondit ei dominus.

Cap. XXII.

Atque hinc responsum paucis ita reddidit heros:
 O prestans animi iuuentis, absiste precando,
 Nec te pœniteat, nihil ò tibi amice relictum est.
 Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
 Disce puer contemnere opes, & te quoque dignum
 Finge deo, & quæ sit, poteris cognoscere, virtus.
 Da dextram misero, fratrem ne desere frater,
 Si iungi hospitio properat, coniunge volentem,
 Casta pudicitiam seruet domus, en age segnes
 Rumpe moras, rebusque veni non asper egenis.
 Dixerat hæc, ille in verbo vestigia torfit
 Tristior, ora modis attollens pallida miris,

Ac. 8. v. 408

Ac. 4. v. 509

Ac. 4. v. 125

Ac. 7. v. 363

Buc. 4. v. 27

Ac. 7. v. 268

Ac. 5. v. 712

Ge. 2. v. 124

Ac. 8. v. 564

Ac. 3. v. 467

Ac. 1. v. 353

Ac. 4. v. 39 Multa gemens, seseque oculis auertit, & auert.

¶ Christus infedit a seello.

Cap. XXIII.

G. 1. v. 223. Tunc etiam tardi costis agitatns a seelli
Ac. 5. v. 250 Infedit nimbo effulgens, tum plurima circum
Ge. 4. v. 475 Matres, atque viri, pueri velamina nota
Ac. 2. v. 239 Subiciunt, funemq; manu contingere gaudent.
Ac. 2. v. 712 Iamque propinquabant portis, templumq; vetustum
Antiquæ cedri, centum sublime columnis
Ec. 10. v. 763
& Ec. 5. v. 76 Ingressitur, magna medius comitante caterna.

¶ Christus expulit flagello ementes & vendentes de templo.

Cap. XXV.

Ac. 7. v. 174 Horrendum syluis: hæc illis curia, templum,
Eod. v. 175. Hæ sacræ sedes: miro quoq; honore colebant.
Ac. 1. v. 452 Namque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Ac. 6. v. 710
& Ec. 5. v. 578 Horrescit visu subito, insonitque flagello,
Ac. 6. v. 609 Significatque manu, & magno simul intonat ore:
Ge. 1. v. 505 Quæ scelerum facies? quæ ve æra micantia cerno,
Ge. 3. v. 47.
Ac. 4. v. 595 Cæsaris & nomen? quæ mentem insania mutat?
Hæ vobis propriæ sedes, hoc tempore certo
Ac. 7. v. 176 Perpetuis soliti patrum considerare mensis.
Ac. 6. v. 54. Obstupere omnes, gelidusq; per ossa cucurrit
Ac. 5. v. 213 Ima dolor, mensasq; metu liquere priores.

¶ Discipuli petulantur in mari.
Cap. xxvi.

Inde ubi prima fides pelago tranquilla per alta	Ac. 3. v. 69.
Deducunt focij naues, atque arte magistra	Ac. 8. v. 44t
Hic alius funda latum transuerberat amnem,	Ge. 1. v. 14t
Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina.	Eod. v. 142.
Postquam alium tenuere rates, nec iam amplius vlla	Ac. 3. v. 192
Occurrunt terra, crebris micat ignibus ether,	Ac. 1. v. 90.
Eripiunt subito nubes, calumque diemque.	Eod. v. 28.
Consurgunt venti, & fluctus ad sidera tollunt.	Eod. v. 103.
At focijs subita gelidus formidine sanguis	Ac. 3. v. 258
Dirigit: cecidere animi: cunctique repente	Eod. v. 259.
Portum expectabant flentes, vox omnibus vna.	Ac. 5. v. 67

¶ Discipuli clamant, adiuua
nos, perimus.
Cap. xxvii.

Spemque metumque inter dubij seu viuere credant,	Ac. 1. v. 217
Sine extrema pati, lethi discrimine paruo.	Ac. 3. v. 683
Qualia multa mari nante patiuntur in alto.	Ac. 7. v. 200

¶ CHRISTVS ambulans super mari,
imperat ventis.
Cap. xxviii.

Ecce Deus magno misceri murmure pontum,	Ac. 1. v. 124
Emissamque hyemem sensit, cui summa potestas,	Eod. v. 125.
Par sensibus ventis, & fluminis ocyor vndis.	Ac. 6. v. 702

C. j.

Ac. 5. v. 212 *Prima petit maria, & pelago decurrit aperto,*
Eod. v. 186. *Nec longo distat cursu pereunte carina.*
Ac. 10. v. 222 *Agnoscut longè regem, dextrámque potentem*
Ac. 3. v. 281 *Nudati socij, & magno clamore salutant.*

Postquam altos tetigit fluctus & ad æquora venit,
Ac. 7. v. 78. *Hic verò horrendum, ac visu mirabile, ferre*
Ac. 8. v. 88. *Subsidium venit, remo ut inctamen abesset.*
Ac. 3. v. 600 *Collectâsque fugat nubes, graditurque per æquor*
Eod. v. 663. *Iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.*
At media socios incedens naue per ipsos
Eod. v. 177 *Ecce gubernaclo rector subit, ipse magister:*
Ac. 6. v. 413 *Intremuit malus, gemuit sub pondere cimba,*
Ac. 8. v. 279 *Vela cadunt, puppique Deus conscendit in alta,*
Et tandem leti nante auertuntur arena.

¶ De cœna Domini.

Cap. xxix.

Ac. 1. v. 213 *Deuexo intereâ propior fit vesper Olympo,*
Eod. v. 704. *Tunc victu reuocant vires, fusique per herbam*
Ac. 1. v. 721 *Et dapibus mensas onerant, & pocula ponunt.*

¶ CHRISTVS tradidit corpus &
sanguinem discipulis ad sa-
cramenti mysterium.

Cap. xxx.

Ac. 1. v. 94. *Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ,*
Ac. 1. v. 730 *Ipse inter primos genitor instaurat honores*

<i>Suspiciens cælum, tunc facta silentia linguis,</i>	Æ. 12. v. 200
<i>Dant manibus fruges, dulcēsque è fontibus vndas,</i>	Ge. 2. v. 245
<i>Implevitque mero pateram, ritūsque sacrorum</i>	Ac. 1. v. 717
<i>Edocet, immiscētque preces, ac talia fatur:</i>	Eo. ver. 151

CHRISTVS prædicat Apostolis.

<i>Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras:</i>	Ac. 5. v. 308
<i>Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.</i>	Eod. v. 348
<i>Promissisque patris, vestra (inquit) munera vobis</i>	Eod. v. 863.
<i>Certa manent pueri: & palmam monet ordine nemo.</i>	Eod. v. 349.

Discipuli inuicem dicunt,

An quicquam nobis tali sit munere maius?

CHRISTVS prænuntiat passionem suam apostolis.

Cap. xxxi.

<i>Et lux cum primum terris se crastina reddet,</i>	
<i>Vnus erit vestrum qui in me, exitiūque meorum,</i>	Ac. 5. v. 819
<i>Dum medium paci se offert de corpore nostro.</i>	
<i>Nanque dies ni fallor adest, seducite curas,</i>	
<i>Mecum erit iste labor, nec me sententia fallit.</i>	
<i>Eia age chare pater, cervici imponere nostro:</i>	Ac. 2. v. 708
<i>Ipsē subibo humeris, nec me labor iste gravabit.</i>	Eod. v. 707.
<i>Quò res cunq; cadent, vnum & commune periculum,</i>	Eod. v. 708.
<i>Vnum pro multis dabitur caput. hæc ita fatus,</i>	Ac. 5. v. 815
<i>Conticuit, seramque dedit per membra quietem.</i>	Culex.

¶ Fugiunt Apostoli.
Cap. xxxii.

Ac. 4. v. 12; Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca,
Ge. 4. v. 53; Multaque dira suo tristi cum corde volutant,
Ac. 4. v. 4. Quid faciant, hærent infixi pectore vultus,
Eod. v. 5. Verbaque nec placidam membris dat cura quietem.

¶ Conqueritur Petrus cum socijs.
Cap. xxxiii.

Ac. 5. v. 40; Tunc senior tales referebat pectore voces,
Eod. v. 39; Ac. 6. v. 52; Multa putans: vbi nunc nobis deus ille magister,
Eo. ver. 88. Quem sequimur? quò ve ire iubes? vbi ponere sedes?
Ac. 10. v. 50; O dolor atque decus tantarum gloria rerum.
Ac. 2. v. 67; Iamiam nulla mora est, & nos rape in omnia tecum,
Ac. 4. v. 69; Optamus, teque aspectu ne subtrahere nostro.

¶ Tumultus fit in Iudæis.
Cap. xxxiiii.

Ac. 4. v. 129; Oceanum intereà surgens aurora reliquit,
Ge. 4. v. 515; Iamque sacerdotes latè loca questibus implent
Cū populo & patribus, ferturq; per agmina murmur.
Ac. 1. v. 537; Quod genus hoc hominū? quæ ve hūc tā barbara morē
Eod. v. 538; Permittit patria? pœnas cum sanguine poscunt
Ac. 2. v. 72; Vndique collecti, & magno clamore sequuntur
Eod. v. 413; Et. 10. v. 795; Insontem, seuitque animis ignobile vulgus.
Ac. 1. v. 149;

CHRISTVS hora sexta illuditur,
& ductus est vt crucifigatur.
Cap. xxxv.

<i>Sol medium cæli conscenderat igneus orbem,</i>	
<i>Tum subito hunc acciri omnes, populisq; patresq;</i>	Ac. 9. v. 191
<i>Exposcunt, farique inbent quo sanguine cretus,</i>	Ac. 2. v. 74
<i>Quidve petat, quidve ipse ferat, prædãq; tuentes,</i>	Eod. v. 75.
<i>Facta viri, mistus dolor & stupor vrget inertes.</i>	Ge. 3. v. 513 E. 10. v. 395
<i>Nescia mens hominum, certant illudere capto.</i>	Ac. 2. v. 64 E. 10. v. 499
<i>Tum verò captis concurrunt vndique telis,</i>	
<i>Tollitur in cælum clamor, cunctique repente</i>	E. 12. v. 462
<i>Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis</i>	Ac. 2. v. 167
<i>Ingentem quercum decisus vndique ramis</i>	Ac. 11. v. 5.
<i>Constituunt, spinisq; ligant ingentibus illum.</i>	Ac. 6. v. 217
<i>Tendebantque manus pedibus per mutua nexis</i>	Ac. 6. v. 314 Ac. 7. v. 66
<i>Triste ministerium, sequitur quos cætera pubes.</i>	Ac. 5. v. 74
<i>Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.</i>	Ac. 6. v. 624

CHRISTVS alloquitur Iudæos.

<i>Ille autem impavidus: quo vincula nec tatis, inquit,</i>	E. 10. v. 714 Buc. 6. v. 23
<i>Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?</i>	Ac. 1. v. 132
<i>Post mihi non simili pœna commissa luetis.</i>	Eod. v. 136.
<i>Talia perstabat memorans, fixisq; manebat.</i>	Ac. 2. v. 649

Fit terræmotus, & Sol obscuratur.
Cap. xxxvi.

C.iiij.

Ac. 1. v. 124 Interea magno misceri murmure caelum
 Ac. 6. v. 472 Incipit, & rebus nox abstulit atra colorem,
 Ge. 1. v. 468 Impiaque aeternam timuerunt secula noctem.
 G. 1. v. 350. Terra tremit, fugere ferae, & mortalia corda
 Eod. v. 312, Per gentes humilis strauit pauor: inde repente
 Ac. 7. v. 527
 Ac. 9. v. 530 Dat tellus gemitum: & caelum tonat omne fragore.

CHRISTVS descendit ad lym-
 bum, & extrahit animas.

Cap. XXXVII.

Ge. 4. v. 471 Ex templo comites Herebi de sedibus imis
 Fod. v. 472
 Ge. 1. v. 469. Umbrae ibant tenues, tellus quoque, & aequora ponti
 Ge. 3. v. 432. Signa dabant, sistunt amnes, terraeque dehiscunt.
 Ge. 4. v. 481 Quin ipse stupuere domus, atque intima setibi
 Eo. ver. 482 Tartara, & umbrosae penitus patuere caernae.
 Ge. 1. v. 438 Sol quoque & exoriens (cuncti se scire fatentur)
 Eo. ver. 467 Tunc caput obscura nitidum ferrugine texit.

CHRISTVS tertia die resurrexit.

Cap. XXXVIII.

Hosque inter motus, media inter talia verba,
 Ac. 4. v. 7. Tertia lux gelidam caelo dimouerat umbram,
 Ge. 4. v. 485 Iamque pedem referens superas veniebat ad auras,
 Ac. 8. v. 232 Cum subito ante oculos ingenti mole sepulchrum
 Ac. 11. v. 30 Corpus ubi exanimum positum, nec claustra, nec ipsi
 Ac. 2. v. 414 Custodes sufferre valent, anulsaeque saxi
 Ac. 1. v. 122 Saxa vident, saxi laterum compagibus artetis.

Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus. Ac. 9. v. 741
Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. Ac. 2 v. 783

¶ Foribus clausis apparuit Christus
 discipulis. Cap. XXXIX.

Ecce autem primi volunt cum culmine cantus, Ac. 6. v. 157
Ingreditur, linguens antrum, spoliisque superbus Ac. 8. v. 201
Ibat ouans, pulsuque pedum tremit excita tellus, Ac. 6. v. 589
Vulneraque illa gerens foribus sese ingerit artus,
Atque hic ingentem comitum affluxisse novorum, Ac. 2. v. 793
Inuenit admirans numerum, cunctisque repente Ac. 1. v. 592
Improuisus ait, coram quem queritis adsum, Eod. v. 593
Vicit iter durum pietas, & vinida virtus. Ac. 6. v. 688
Præcipientes vigilate viri, timor omnis abesto, Ac. 4 v. 573
Hi nostri reditus, expectati que triumpho, Ac. 11. v. 14
Hæc mea magna fides, ô tæque quaterque beati. Ac. 11. v. 54
Quæ vobis, quæ digna viri pro laudibus istis Eod. ver. 55.
Premia posse reor solui? quæ digna parauit? Ac. 1. v. 84.
Accipite ergo animis, quæ vos à stirpe parentum Ac. 3. v. 249
Prima tulit tellus, eadem vos vberè leto Eod. ver. 94
Accipiet, reuocate animum, mæstumque timorem Ac. 1. v. 202
Exuite, & vosmet rebus seruate secundis. Eod. v. 206.

¶ Christus commendat pacem, ostendens
 vulnera dubitantibus de eo.
 Cap. XL.

Quod superest læti bene gestis ordine rebus Ac. 11. v. 13
 C. iij.

- E. II. V. 458 *Pacem optate manu, pacem laudate sedentes*
 A. 10. V. 78.
 E. II. V. 303 *Magnanimi: pacis solum inuiolabile pignus.*
 A. 5. V. 357 *Et simul his dictis faciem ostendebat & ora;*
 A. 6. V. 496 *Ora manisque ambas, populataque tempora ferro.*

¶ *Gauii sunt discipuli viso domino.*

Cap. XL I.

- A. 5. V. 429 *Immiscētq; manus manibus, gaudentq; videntes,*
 A. 6. V. 487 *Nec vidisse semel satis est, inuat vsque morari,*
 Eod. V. 488. *Et conferre gradum, & dextra coniungere dextram.*
 A. 8. V. 163

¶ *Ascendit ad cælos videntibus discipulis.*

Cap. XL II.

- A. 6. V. 67 *His demum exactis, spirantes dimouet umbras*
 A. 1. V. 155 *Aëra per tenerum, cæloque inuectus aperto*
 A. 4. V. 277 *Mortales visus medio in sermone reliquit,*
 A. 1. V. 438 *Infert se septus nebula (mirabile dictu)*
 A. 7. V. 210 *Atque illum solio stellantis gloria cæli.*
 A. 6. V. 235 *Accipit aeternumque tenet per secula nomen.*

Θείως.

Probæ Falconiæ vatis cla
 RISSIMAE CENTONVM
 Capitulorum Tabula.

Centones	Capitulo 1.
Inuocatio altissimi.	Cap.2.
Propositio tractandorum.	Cap.3.
Deprecatio ad deum.	Cap.4.
De mysterijs testamenti veteris	
De creatione mundi.	Cap.5.
De diuisione lucis à tenebris.	Cap.6.
De quatuor temporibus anni.	Cap.7.
De prima die.	Cap.8.
De secunda die.	Cap.9.
De tertia die.	Cap.10.
De quarta die.	Cap.11.
De quinta & sexta die.	Cap.12.
De formatione Adæ.	Cap.13.
De creatione Eue.	Cap.14.
De benedictione hominis à Deo.	Cap.15.
De prohibitione signi.	Cap.16.
De descriptione deliciarum paradisi.	Cap.17.
De tentatione facta per serpentem.	Cap.18.
De seductione Eue per serpentem.	Cap.19.
De comestione pomi per Euan.	Cap.20.
De seductione Adg ab Eua.	Cap.21.
Qualiter se vident nudos.	Cap.22.

Quod volebant se abscondere.	Cap.23.
De increpatione eis facta à domino.	Cap.24.
De excusatione Adæ.	Cap.25.
De maledictione serpentis.	Cap.26.
De maledictione Adæ.	Cap.27.
De maledictione Eue.	Cap.28.
De expulsiõne eorum de paradiso.	Cap.29.
De nativitate Abel & Cain.	Cap.30.
De occisione Abel à Cain.	Cap.31.
Multi mala fiunt in mundo propter auaritiã & inuidiam.	Cap.32.
De diluuiõ.	Cap.33.
Noe saluatus est.	Cap.34.
De Pharaone & populo dei.	Cap.35.

¶ De mysterijs noui testamenti.

De incarnatione filij dei.	Cap.1.
De nativitate.	Cap.2.
De Magis offerentibus & stella eorum duce.	Cap.3.
De turbatione Herodis regis.	Cap.4.
De occisione puerorum.	Cap.5.
De fuga diuæ virginis Mariæ cum filio.	Cap.6.
De disputatione pueri in templo in medio seniorum.	Cap.7.
Omnes mirantur de sapientia Christi.	Cap.8.
Testimonium Ioannis de aduentu Christi.	Cap.9.
De baptismo Christi.	Cap.10.

De baptismo multorum.	Cap. 11.
De voce audita de cælo.	Cap. 12.
Omnes gaudent de aduentu Christi	Cap. 13.
De tentatione Christi à diabolo.	Cap. 14.
De responsione Christi ad tentatorem.	Cap. 15.
De fuga diaboli.	Cap. 16.
De electione discipulorum.	Cap. 17.
De predicatione ad discipulos & turbas : de regno & contemptu dñitiarum.	Cap. 18.
De alia predicatione ne colant idola.	Cap. 19.
De alia predicatione de iudicio venturo.	Cap. 20.
De quodam qui rogauit dominum : vt quid faciendo vitam æternam possideret.	Cap. 21.
De responsione facta per Christum.	Cap. 22.
De sessione Christi super asellum.	Cap. 24.
De expulsionem ementium & vendentium de templo.	Cap. 25.
De discipulis in mari periclitantibus.	Cap. 26.
De Christo ambulante super aquas.	Cap. 27.
De cæna Christi cum discipulis.	Cap. 28.
De communione discipulo.	Cap. 29.
De prænuntiatione passionis sue.	Cap. 30.
De tractatione eius mortis per Iudæos.	Cap. 31.
De fuga discipulorum.	Cap. 32.
De conuestione Petri ad condiscipulos.	Cap. 33.
Tumultus fit in Iudæis.	Cap. 34.
Sexta hora duci. ad cruce.	Cap. 35.


De tremotu & obscuratione solis.	Cap.36.
De spoliatione limbi.	Cap.37.
De resurrectione Christi.	Cap.38.
Quod foribus clausis apparuit discipulis	Cap.39.
Pacem commendavit.	Cap.40.
Gausti sunt discipuli.	Cap.41.
De ascensione domini.	Cap.42.

F I N I S.

Ꝁ Lectori.

Ꝁ Aduerte, Lector, in indicibus marginis huius opusculi Buc. significare Bucolica: Ge. Georgica: Ae. Aeneida: v. versum. Quod aliquot versus non annotatos reperies, aut apud Maronem non extant, aut cognobiliore sunt, quam vt indicari debuerint.

∴



Vertical line of text or markings on the left side of the page.

